

Nicolaus Schütze

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis, Nicolaus Schutze, I.U.D. &
Prof. Ad Exequias Viro ... Dn. Petro Schultzen, Provisorii Pharmacopolii
Senatorii, ab maestissima uxore, & affinibus parandas, Omnes Academimae huius
Cives, solenniter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805>

Druck Freier  Zugang



S chutze, N.,

i n

P. S ch u l t z e .

Rostock, 1634.

36.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764805/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774764805/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805/phys_0003)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764805/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805/phys_0004)

DFG

PROGRAMA
Quo
RECTOR
Academiæ Rostochiensis,
NICOLAUS SCHUTZE,
J. U. D. & Prof.

Ad Exequias

Viro integrissimo, & experientissimo

DN. PETRO
SCHULTZEN,

Provisori Pharmacopolij Senatorij,

*ab mastissima uxore, & affinibus
parandas,*

Omnes Academimæ hujus

Cives, solenniter invitati.



ROSTOCHI,
Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad. Typogr.
ANN OM. D C. XXXIV.

2.

X



RECTOR
Academiae Rostochiensis
NICOLAUS SCHUTZE,
J. U. D. & Prof.



Ixdum primam manum admovi sceptris Academicis, & protenus auspicandas video muneris mei partes, a funereo officio, quod præstari sibi postularat. Vir integerrimus, deq; urbe hac prolixè meritus PETRUS Schulze, præses Pharmacopolij Senatorij. Evidem optassem & mihi alias primitias Restoratus, & optimo illi viro vitam diuturniore. Sed ita ferunt res humanæ, ut tristia antevertant lætis; mærores gaudijs; labores quieti; quam communem mortalium sortem cum mutare aut corrigere nulla industria. nulla vota possint, toleranda est æquâ ac tranquilla mente. Itaq; quod pietas jubet, honestas flagitat, officium requirit, supremum humanitatis debitum persolvendum est.

Defun-

Defuncto, qui qualis fuerit, qualemq; civem amiserit Respublica, nemo rectius judicabit, quam qui vitam illius ex qua mente mecum cognosceret.

Elbinga, una ex nobilioribus Borussiæ Emporijs, nascentem exceptit Petrum Schultzium, ante annos 61, anno scilicet 1573. parentibus non solum virtute vitaq; integritate conspicuis, sed & generis splendore, ac prosapia laude pollentibus, Patre Bartholdo Schulzen / cive ac patrio Elbingense; Matre Angelæ Weinreichs / oriundâ celebri vetustaq; Weinricheorum stirpe, cuius Angelæ sororem matrimonio sibi junctam habuit, amplissimus & prudentissimus Dn. Georgius Stiemer, consularis Vir dignitatis, ob bonū publicum præclare promotum apud Elbingenses summæ famæ & gloriæ. His parentibus, & Petrus noster prognatus; & præter eum duæ sorores, quarum major natu Angelæ nupta Christophoro Warnero, Illustr. Electoris Brandeb: Geometræ primario, minor Regina, uxor facta Thomæ Briseri, Civis & Mercatoris Elbingensis est præcipuis. Cæterum nihil prius, nihil antiquius duxerunt prælaudati parentes, quam ut Petrum filiolū suum ante omnia Christo, per sacram baptismatis lavacrum consecrarent, & Ecclesiæ albo inscribendum curarent;

quo factō, eundem tum piē, tum industriē edū-
catum, accrescente ætate, bonis litteris exco-
lendum erudiendumq; tradidere. Et sane neq;
operam isti neq; sumptus lusēre, sed a teneris
Petrus cū verā pietate, honestate, bonisq; mo-
ribus, imbibit etiam liquorem nōn contemnen-
dæ eruditionis. Enimvero Latini sermonis non
solum eam sibi paravit cognitionem, ut & usos
illō intelligeret, & ipse uteretur; sed in elegan-
tium Latinorum autorum scriptis evolvendis
utilem impenderet operam. Imprimis vero, a-
dultior factus, singulari indolis instinctu procli-
vis fuit ad studium Artis Medicinoris, cujus pro-
movendi gratia relictis patriæ sedibus, Regio-
montum profectus est, ibiq; apud celeberrimum
id temporis Doctorem Severinum Gobelium Se-
niorem Philosophum Medicum, & Chemicum
excellentem, ducisq; Borussiæ, Archiatrum, cui
tum instructissimum erat Pharmacopœum, per
integri sexennij decursum commoratus, eam
adhibuit in arte Pharmaceuticā addiscendā
diligentiam, ut non solum penitissima illius
fundamenta jaceret; secreta quæq; medica-
mentorum pernosceret; sed & ἐγκεφάλη, experi-
entia, & operationibns, palmam præriperet plu-
ribus hujus artis sectatoribus. Èa vero apud ho-
spitem suum vixit integritate, ut ob pietatem,
modestiam

modestiam probitatem, fidem, servitorum
promptitudinem filij instar ab eo habitus ama-
tus q; fuerit. Hac virtute, istâ scientiâ instructo,
Petrus, alias quoq; urbes, officinasq; medicam-
tarias postquam visitasset, in hanc tandem no-
stram Rhodopolin pervenit. Neq; diu ociosus
substitit; sed præstítâ diligentî ac fideli operâ
Provisori quondam hujatis Pharmacopolijs,
Petro Wegenero, qui 18. annos suo ministerio,
36. provisione, universum 54. annos officinam
Rostochiensem laudabili cum sive, ac seduli-
tare partim juvit, partim administravit: Huic,
inquam venerabili seni ubi *Petrus Schulze*/sa-
tis superq; probasset fidem, industriam ac peri-
tiâ suam, factum est ut ab ipso præ alijs Gener-
eligeretur. Itaq; duxit *Petrus Schulze* uxorem
Annam, filiam primogenitam *Petri Wegeneri*
antecessoris sui, Virginem suâ ætate, omni pu-
ellarium virtutum cohorte ornatissimam. So-
cero fatis functo *Petrus* administrationem Phar-
macopolijs amplissimo Senatu sic conscisen-
te, ipse aggresso est, Provisorq; constitutus: Cui
muneri quanta cum dexteritate præfuerit, quâ-
tam sibi inde laudem pararit, quantum favo-
rem demeruerit apud omnes, tam infimæ ac
medioximæ fortis homines, quam viros hono-
ratos, id, quia nemo adeo hospes est in hac Re-

publicā qui nesciat, non opus est ut prolixē cō-
memoretur. Quotusquisq; enim eum in amore
non habuit ob humanitatem; & pietatem? Cer-
te Senatui amplissimo in precio fuit ob integri-
tatem fidemq; Medicorum Collegio ob peritiā
industriam, facilitatem. Atque ut de Medicis
hoc sigillatim dicam, quantum isti Petro tribue-
rint, quanti eum fecerint, ostendunt & testan-
tur Progremmata publica, in Confectione The-
riaces & Mithridatij ab ipsis promulgata, quæ
laudes Petri Schultzij, pleno ore loquuntur; de-
xeritatem commendant tum in parandis alijs
Pharmacis, tum in primis in Theriaca & Mi-
thridatio, quorum ille apparatū magno sui ho-
nore, majore ægrotantiū emolumento, Doctori-
b9 Medicis, & studiosis Philosophis spectantib9,
non semel adornavit, adornatum exhibuit,
exhibitum confecit absolvitq; In quorum Me-
dicamentorū justā præparatione, quantum po-
fitum sit, nō verunt me recti9 illi, qui ex profes-
so hanc artem faciunt. Vitam illius quod atti-
net, conjugium illi cum Anna suā fuit placi-
dum, amabile, pacatum, & ut verbo dicam, fœ-
lix. Caruerunt quidem conjuges hi numerosa
sobole, (quamvis sobole omnino non carue-
rint; Nam siliolam unam ex se natam licet ani-
mā in ipso ortu exsutam, videntunt :) sed eo non
fuere

fuere infelices quin potius & tatem egerunt eo tranquillorem: Eo molestiarum, curarum, infortuniorum magis vacui carentesq; vixerunt. Verum quemadmodum fidelitas in ipsis non consistit; ita non protenus infelix, quæ Supremum Numen alia viâ ac ratione invisit. Non defuit Petro Schultzio ea sors, quæ Christi colarum propria esse solet, ut Afflictionibus sint obnoxij. Ingruentibus primæ senectutis annis, conflectari Petrus cepit cutiæ pertinace Catarro, hujusq; comite molestissimâ rufi, adversus quos affectus tametsi salutaria medicamina usurparentur, malum tamen fuit indomabile, non passum te ullis auxilijs expugnari. Quin insuper ante 14. dies Genesmo corruptus, quem pari passu sequuta febris continua, quum animo prævidisset, vitæ terminum sibi instare, confugit ad spiritualem medicinam, refectusq; sacro sancto corpore & sanguine Salvatoris, e manu Viri Nobilis & Reverendi Dn. Constantini Fidleri, quo compatre amico, & affine intimo fuit usus, compausit se ad beatam emigrationem, atq; Christum angelans, cupiit dissolvi & eccelestibus mentibus associari. Ea spe & fiducia fretus, animam reddidit Creatori, Mensis hujus Octobris die 21. inter 5. & 6. vespertinam. Optimum hunc virum tam pie tam placide obdormisse mirum non est, quum vitam egerit piam placidamq; Pietatis ejus vel unica precatiuncula evidens Index erit quam quin ardentibus suspirijs funderet ad Deum, nullam unquam auroram illucescere passus est: Ea ita habet Domine Iesu Christe respicere digneris super me miserum peccatorē oculus misericordiae tue, quibus respexit Petrum in atrio sedentem; Maria Magdalena in convivio, & latronem in

Crucis

Crucis patibulo. Concede mihi omnipotens Deus,
ut cum Petro digne fleam; cum Maria Magdalena
perfecto amore te diligam; & cum Latrone in se-
cula saeculorum te videam. Quam vero pacate cum o-
mnibus vixerit, noruit illi qui ipsum viventem no-
runt. Erat ille nemini gravis aut injurius. Cunctis facilis
ac obsequiosus: notis atq; ignotis benignus ac amicus:
litum fugiens, pacis ac concordiae amans; quo no-
mine obitum illius non solum acerbe deflet relicta i-
psiis vidua, nunc mæroris ac doloris plena; sed & af-
fines; Imprimis Vir honestissimus ac integerrimus, de-
civitate hâc, & Ptochotrophio benè meritus *Dn. Adamus*
Borchardus, ejusq; uxor *Elisabetha*, quibus fraternalm in
modum charus amatusq; fuit. Atq; ita nobis desijt esse,
laudabili memoriam dignus *Petrus Schultze*, cuius exu-
vijs communi mortalium receptaculo, terræ, concre-
dendis destinata est præsentis diei hora Post 12. media.
Ad Solemnitatem eæquiarū ornandam augendamq;
ut Cives Academiæ frequentes convenient, prædictâ
hora, in templo Mariano, quanta possum diligentia o-
mnes & singulos invito & hortor. Meretur hoc obse-
quium virtus Defuncti, qui dum vixit arte suâ haut du-
bio plurimis nostrum inservivit. Poterit unusquisq;
inter eundum ad propriam fragilitatem, memoriam,
mentemq; excitare, seq; vitamq; salutemq; suam com-
mendare supremo illi rerum Moderatori, qui vitas
mortesq; hominum dispensat pro arbitrio. P. P.
Sub Sigillo Rectoratus nostri, 25. Octobr; ANNO
M. DC. XXXIV.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764805/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764805/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764805/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774764805/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774764805/phys_0016)



fuere infelices quin potius ætatem egliorem: Eo molestiarum, curarum, ingens vacui carentesq; vixerunt. Verùm citas in istis non consistit; ita non pro Supremum Numen alia viâ ac ratione fuit Petro Schultzio ea sors, quæ Christi esse solet, ut Afflictionibus sint obnoscitur. primæ senectutis annis, conflectari & pertinace Catharro, hujusq; comite si, adversus quos affectus tametsi salutis usurparentur, malum tamen fuit inde sum te ullis auxilijs expugnari. Quindi dies Tenesmo correptus, quem paribus continua, quum animo præviduum sibi instare, confugit ad spiritu refectusq; sacrofacto corpore & sancte manu Viri Nobilis & Reverendi Dn. quo compatre, amico, & affine intimo fuit se se ad beatam emigrationem, a helans, cupijs dissolvi & coelestibus n. Ea spe & fiduciâ fretus, animam re Menfis hujus Octobris die 21, inter 5. Optimum hunc virum tam piè tam profane mirum non est, quum vitam egerit Pietatis ejus vel unica precatiuncula rit quam quin ardentibus suspirijs fuit nullam unquam auroram illucescere, habet Domine Iesu Christe respici per me miserum peccatorē oculus in quibus respexit Petrum in atrio scolia in Magdalena in convivio, &



the scale towards document

032
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
Inch mm
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.